

38. (60) Item diocesano scribitur communiter pro beneficiatis sue diocesis studentibus in theologia, ut proventus suos ecclesiasticos iuxta constitutionem domini Honorii^a faciat ministrari^b. — Legantur quoad personatus et beneficia cum cura et si immineret onus residentie^c.

39. (19) Item 'Sicut provide' confirmatur, quicquid a laicis datur ecclesiis, sive sit ius patronatus sive decima, de assensu diocesani. — Dentur^d.

40. (20) Item ad petitionem religiosorum collegiorum scribitur diocesani, ne tempore visitationis introducant seculares in claustra, nisi duos vel tres de ecclesia cathedrali. — Dentur.

41. (61) Similiter scribitur diocesani, quod^e volentibus simul religiose vivere de loco provideant competenti, prout ad suum spectat officium, sine preiudicio iuris alieni. — Legatur^f.

42. (62) Item ad petitionem religiosorum collegiorum^g non habentium certam regulam scribitur diocesano, quod eis provideat de aliquo ordine approbato. — Legatur.

43. (63) Item scribitur diocesani, quod canonicos et rectores ecclesiarum sibi subiectarum residere compellant in eis per subtractionem^h proventuum, nisi habeant indulgentiam vel domini pape aut cardinalium obsequiis immorentur. — Legaturⁱ.

44. (—)^k Similiter contra rectores non curantes promoveri. — Dentur.

45. (21) Item quod diocesanus amoveat illegitime natos a beneficiis, que habent sine dispensatione. — Dentur.

46. (22) Item quod diocesani possent cogere executores testamentorum negligentes ad executionem illorum. — Dentur^l.

47. (64) Item quod diocesani contra obtinentes plura beneficia cum cura sine dispensatione faciant formam concilii observari. — Legatur per notarium^m.

a) 'pape III.' D. b) 'faciant observari' B. c) Es folgt 'iurare' B 2 D. d) 'de assensu — dentur' fehlt C. e) 'pro' C.
f) 'dentur' C. g) Fehlt D, 'et collegiorum' B. h) 'surreptionem' C 3.
i) 'dentur' B 1. k) Fehlt D. l) 'legantur per notarium' B 1.
m) 'dentur' C.

39. Vgl. oben n. 20.

43. Beispiel bei Teige S. 78 A. 2 aus dem Formelbuch der Audientia.